

Johann Quistorp

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. Theol. Prof. & Past. Dominicae. Ad Exequias Quas Amplissimus & Consultissimus Dn. D. Albertus Willebrandt/ ICTus, Prof. & Consistorialis Excellentissimus. Desideratissimae Coniugi suae, B. Elisabethae Cothmans, Matronae Nobil. & Scitissimae. paratas hodie expetit, Academicos Per amanter & officiose invitat : [P.P. Rostochii d. VIII. Jan. Anno 1663.]

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747248419>


Druck Freier  Zugang





Qvistorp, J.,
in E. Cothmann,
uxor. A. Willebrandt.

R. 1663.

43.







32.

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTORPIUS,

D. ΘEOΛ. Prof. & Past. Dominicæ.

Ad Exequias

Quas

Amplissimus & Consultissimus

DN. D. ALBERTUS

Willebrandt

JCtus, Prof. & Consistorialis Excellentif-
simus.

Desideratissimæ Conjugi suæ,

B. ELISABETHÆ

COTHMANS,

Matronæ Nobil. & Scitissimæ.
paratas hodiè expetit,

Academicos

Peramanter & officiosè invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII Acad. Typogr.

43.



Vita memor Lethi, delicta enormia vitat,
Et facit, ut Lethi lara sit hora piis.



RECTOR ACADEMICUS
JOHANNES QUISTORPIUS D.



Uæ ad vitæ hujus, molestis & ærumnis refertissimæ felicitatem aliquid facere putantur, Tria cumprimis sunt. Si quis sc. ex honestis Parentibus genus ducat: si Matrimonium felix contingat: si ex se Natos, immunes à paupertate, pietatis iter grassari cernat. Tria hæc, denatæ huic Matronæ S. ELLSABETHÆ COTHMANS, cui iusta facimus, contigere. Majores illa & Excellentissimos, & in Eminentia positos habuit plurimos. Ex quibus Ipsa, Anno M. DC. XXII. d. XI. Aug. ante solis ortum, orta est. Patrem habuit, Atlantem Mecklenburgicum B. JOHANNEM COTHMAN, JCium, Comi-

Comitem Palatii Cæsarei, & Ducum Megapol.
Cancellarium eminentissimum: Matrem, B.
MAGDALENAM Krügers / alteram Ra-
helem, quæ ex modo Defunctæ partu subito
d. XXIII. ejusd. mens. Augusti mortua est. Avum
Paternum laudavit, Amplissimum Consulem in,
Westphalia Lemgovensem DN. THEODORI-
CUM COTHMAN. Mitto Atavos & Trit-Avos
COTHMANNOS, Viros in literaria & civili po-
litia, nobiles ac præclaros. Avia Paterna AGNE-
TA von der Lippen, ex nobili LIPPITORUM prosa-
pia oriunda. Avus Maternus, Consultissimus DN.
ULRICUS Krüger, Cons. Gustroviensis, & Avia
ejusdem fuit MAGDALENA Kochs, Cons. filia;
Fœminæ, omnium matronalium virtutum splen-
dore, conspicuæ. Ex hac tam generosa radice,
beata Planta hæc nostra orta est. Nec Parentes hi
cū Novercâ B. AGNETA Gulen, fœmina ornatissi-
ma, ad omnem pietatem compositi, in educandâ
filiâ (Apostoli illius memores: Educate liberos in
disciplina, & correptione Domini,) officio suo de-
fuere. Quare & Hæc pie pudiceq; educata, quum
annis plenis nubilis esset, Procos, qui ejus ambi-
rent nuptias, invenit. Exambiit autem Anno M.
DC. XLII. Excellentissimus DN. D. ALBERTUS
Willebrand / Vir non saltem ob Natalium merita,
celebris;

celebris; Sed & qui eruditione suâ, Summos in
jure dignitatis titulos Doctōrios, ipso Nuptiali die,
21. Jun. Solenniter consecutus est; & propter judi-
cii dexteritatem, in numerum Professorum ac
Consiliariorum Consistorialium, coopatus fuit;
modò Promotor Academiæ inelytæ Clarissimus.
Conjugium hoc, ut expers litium, ita Sobole
fœcundum fuit. Septem, Conjuges hi, ex Se-
natos liberos CATHARINAM MAGDALE-
NAM, JOHANNEM NICOLAUM, ELISA-
BETHAM, AGNETAM SOPHIAM, ANNAM
MARGARETAM, ALBERTUM ET ERNE-
STUM THEODORICUM, viderunt. Vi-
derunt inquam; Primogenita enim anno 1656.
& natu minimus Filius, horum liberorum, in te-
nellâ ætate quinque dierum anno 1655. hu-
manis rebus exempti, risu & blando amore Pa-
rentes solùm salutarunt. Reliquis Quinq; vita ali-
quanto diuturnior contigit. Svavia hæc bonam
fuere partem, cui Amaritudinis multum *Crucifi-*
xus admiscuit. Sed sibi suoq; animo hæc Beata
Anima dominabatur per Patientiæ virtutem.
Quam convenientissimis, Tertullianus Jctus &
Presbyter Christianus, coloribus ornat: *Patien-*
tia fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat,
humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, carnem
regit,

regit, spiritum servat, manum continet, tentationes
conculcat, scandala pellit, pauperum consolatur, divi-
tem temperat, Foeminae exornat, Virum approbat;
amat in Pueris, laudatur in juvene, suspicitur in Senes,
in omni sexu, in omni etate formosa est. Erasmus
faretur in praefat. Operum Origenis; illis tempor-
ibus Lintearios & Sarcinatrices, libros Biblicos
evolvere, & expedite Classica dicta S. Scripturae,
ad confundendos fallarios, adhibere potuisse.
Nostra sane pie Defuncta, quotidianum scruti-
nium Biblicum domi & in templo instituit, indeq;
emplastra fausta sibi aliisq; afflictis prompte
sape imposuit. Ante tres septimanas male habere
cepit, ex justo longioribus vigiliis agitatis circa
agrotantes infantes. Aliisq; intervendo ipsa con-
fumpta est. Experimentissimorum Dominorum Me-
dicorum D. SEBASTIANI WURDIGS
Prof. P. & D. JOHANNIS LUBBERTI, judi-
cium de hoc morbo, sic se habet; Morbus pri-
mo fuit febris, quae novem diebus continuata, desit
quidem, passionem tamen hystericae, malum sat atrox,
& sequenti levisi viride infernam, substituit, quod cre-
bris invasionibus, viribus antea exhaustam examina-
vit, & tandem denegata aera vitali plane interemit.
Verum haec ipsa, mortem praefago animo volu-
tans,


rans, pl. Reverendum & Excellentissimum
DN. D. ENOCHUM SWANTE-
NIUM, Archidiaconum Cathedralis Ec-
clesiæ peritissimum, Collegam in DNO.
Coniunctissimum, Animæ curatorem solici-
tum, ad se vocari curavit, & contrito
pectore, petiit per vulnera Christi absolutio-
nē à peccatis. Ipse a. Consternatam refecit sa-
cramentali manducatione corporis & sangui-
nis JESU CHRISTI. Demū, inter suspiria & pre-
ces ardentissimas d. XXIX. Decembr. exspi-
ravit, ac in manus Cœlestis Patris, resignavit
Animam suam, hæc beatissima *Matrona*
Annorum XL. Mensum I V. dierum, 18. En
contigit tibi Anima beata, quod prædixisti!
En frueris iis, quæ dudum tibi promisisti, &
toties optasti, cœlorum gaudiis? Tu mœstis-
sime Marite, vos Orphanilacrymantes, pati-
enter ferte vulnus inflictū. Qui nostis plenam
& infestam variis casibus hanc vitam esse,
à quibus nulli longa pax, & vix sunt induciæ.
Qui nosti *Collega honorande*, fortunæ nun-
quam credendum esse, etiamsi videatur pa-
cem agere; Qui nosti omnia illa quæ indul-
gentissime in nos confert, eo loco ponenda
esse


esse, undè possint à creditore semper repeti:
Verus illud mente, quæso, voluta: *Deum se-*
quere. Dolendum quidem, quod Maritus Piæ
Uxoris amantissimus, amisisse videaris vitæ
Sociam svavissimam: Sed hac tamen lege Eâ
acceperas, conceptis verbis recitata, ut cum
Deo, vitæ nostræ arbitro videretur, vinculi
conjugalis, quod ipse adstrinxerat, nodus abs
eodem solveretur. Adeste omnes graduati
Academici, memores illius, *Hodiè mihi, Cras*
tibi. Imitemur fluctuantes, hujus vitæ amo-
rem non nimis magno æstimemus, æternam
illam sectemur, precibus tempora nostra Deo
commendemus, & ad felicem placidumq;
discessum, ubi divinæ Providentiæ visum fue-
rit, studiosè acpiè Nos comparemus. Con-
veniamus sultis frequentes hora. I. hodiernâ
in tempio Jacobæo, ad eundem Exe-
quias piè DEFUNCTÆ.


P. P. Rostochii d. VIII. Jan.


Anno 1663.











rans, pl. Reverendum & Excellent
DN. D. ENOCHUM SW
NIUM, Archidiaconum Cathedr
clesiæ peritissimum, Collegam in
Coniunctissimum, Animæ curatore
tum, ad te vocari curavit, &
pectore, petit per vulnera Christi a
nē à peccatis. Ipse a. Consternatam re
cramentali manducatione corporis &
nis JESU CHRISTI. Demū, inter suspi
ces ardentissimas d. XXIX. Decem
ravit, ac in manus Cœlestis Patris, re
Animam suam, hæc beatissima M
Annorum XL. Mensium I V. dierum
contigit tibi Anima beata, quod pr
En frueris iis, quæ dudum tibi pro
roties optasti, cœlorum gaudiis? Tu
sime Marite, vos Orphanilacryman
enter ferre vulnus inflictū. Qui nosti
& infestam variis casibus hanc vit
à quibus nulli longa pax, & vix sunt
Qui nosti *Collega honorande*, fortu
quam credendum esse, etiamsi vide
cem agere; Qui nosti omnia illa qu
gentissime in nos confert, eo loco

